



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De resurrectione, & iudicio, & poena æterna. cap. xv.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

## D. IOANNIS DAMASCENI

tem, Dominus parauit ipsi gladium.

**L**uc. 9. Nemo mittens manū ad aratum, & respiciēs retro se, aptus est ad regnū Dei.  
2. Pet. 2. Si enim refugientes coinqinationes mundi in cognitione Domini nostri & s̄aluatoris Iēsu Christi, his rursus implicati superātur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae, quā post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis trāditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum: &, Sus lota in volutabro luti.

**B**asil. Misericordium sanè spectaculum. Post ieiunium, post aspergam degende vitæ rationem,  
**H**omil. in post assiduas preces, post uberes lacrimas, post continentiam annorum fortasse viginti  
**G**prīc. Prou. aut triginta, propter ariditatem negligentiam & incuriam omnibus orbari, ac similem esse  
**s**imile. eum, qui mandatorum diuinorum operatione ac quaestu affluebat, locupletissimo cuidam  
negotiatori, qui amplissimas merces secum efferen, ac secundo vento periculosa maria emensus, in ipso littore fracta nauis, omnibus opibus repente priuatur: siquidem hic quoque ea, quæ innumeris laboribus & sudoribus que fuerat, uno dæmonis impetu perdatur, peccato nimis non secus, ac seno quodā turbine depresso ac submersus. Huic sanè qui virtutes omnes tanquam naufragio amiserit, vox hæc conuenit: Veni in altitudinem maris:  
**P**sal. 68. & tempestas demersit me.

**E**iusd. Qui in bonis operibus progressum aliquem fecit, ac deinde ad veterem consuetudinem  
**H**om. de- rediit, non solum laborum eorum quos exantlavit, fructu mulctatur, sed etiam grauiore  
**E**briet. supplicio afficitur.

**R**eciduum quod quispiam post actam pœnitentiam idem rursum scelus admittat, argumentum  
**a**rgumen- est, primam illius peccati causam minimè repurgatam esse, ut potè ex qua, tāquam ex ratu est, pri- dice quadam, eadem pullulare contingat. Quemadmodum videlicet si quis arboris ramos  
mā pecca- amputare cupiens, radicem relinquit, nihilominus radix manens rursum fruticabit.

**A**ti causam Vbi vos inuenero, ibi etiam iudicabo. Atque in unaquaque re finis omnium clamat.  
**I**mpunitatā Itaque licet quis per uniuersum vitæ curriculum virtutem apprime coluerit, ac sub vitæ non esse. finem in vitium pronolutus sit, nullū ex pristinis omnibus laboribus fructum consequetur,

**C**lem. Ut qui sub fabula & catastrophē animo defecerit.

**A**lex. Cūm is qui iustitiam colebat, à iustitia exciderit, dicamus de eo quod ab Esaia dicitur

**N**ili. est, Quomodo cecidiſt de cælo Lucifer, & in terram contritus es?

**E**sa. 14. Nonnulli cūm in virtute processissent, ante quam ad finem peruenirent, prolapsi sunt, eo  
**P**hil. nimirū tanquam optimatum statu, qui recens in anima exoriebatur, à veteri plebis in- condite & dominatione delero: que cūm aliquantiſper quietem coluiſſet, deintegro rursum cum maiori potentia aduersus illum imperum fecit.

**Q**uid sit Posteaquam homo per pietatis studium ac probam vitæ rationem numero omnes vir- tutes absoluīt, atque omnibus exploratum est eum pietate ac Dei metu prædictum esse: ac deinde in peccatum labitur, hoc demum est ~~anachorita~~. Etenim ad cæli fastigium euectus, in imum inferni postea cecidit.

## DE RESVRRECTIONE, ET IUDICIO, & pœna æterna. CAP. XV.

K

**P**sal. 9. **A**R AVIT in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem  
103. terræ in æquitate. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem reuertentur.

**P**rou. 11. **S**i iustus vix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt?  
**E**ccl. 12. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium, pro omni absco- dito, siue bonum sit, siue malum.

**A**mos. 5. Vt desiderantibus diem Domini. Vt quid vobis hæc dies Domini: & ipse est tenebrae, & non lux?

**I**oel. 2. Magnus est dies Domini, magnus & illustris valde: & quis poterit sustinere eum?  
Confurgant,



A Consurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebat, ut iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces, quoniam maturauit messis. Venito & descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia: quia multiplicata est malitia eorum. Populi populi in valle concisionis: quia iuxta est dies Domini in valle concisionis. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorē suum. Et Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam, & mo- uebuntur coeli & terra.

Silete à facie Domini, quia iuxta dies Domini: quia præparauit Dominus hostiā, sanctificauit vocatos suos. Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & ve- lox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miserie, dies tenebrarum & caliginis.

Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduen- tus eius? & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: & sedebit conflans, & emundans argentum.

Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini ma- gnius & horribilis.

Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & gloria maiestatis eius, cum venerit conterere terram. Ecce dies Domini ve- niet crudelis, & indignatione plenus, & iræ furorisque ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Quoniam stellæ coeli & splen-

C dor eorum non expandent lumen suum. Obtenebratus est sol in ortu suo, & lu- na non splendet in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Resurgent mortui, & exurgent qui in monumentis sunt. Ego autem opera eorum & cogitationes ipsorum venio ut congregem. Complicabuntur cœli sicut liber, & omnes stellæ cadent ut folia ex vite, & sicut cadunt folia ex fico. Omnis vox exurget ad te in iudicium, & omnia eos examinabunt. Et qui rei peragentur, erunt in incerto. Ecce Dominus noster cum fortitudine veniet: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.

Ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius, reddere in indi- gnatione fuorem suum, & increpationem suam in flamma ignis. Quia in igne Dominus diiudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem.

Hæc dicit Dominus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & vi- uetis, & scietis quia ego Dominus.

Iudicium Domino in gentibus, ut iudicet omnem carnem.

A spiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedet. Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitii eius quasi lana munda. Thronus eius, flamma ignis: rotæ eius, ignis accensus. Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius. Millia millium ministrabat ei: iudicium sedet, & libri aperti sunt. In tempore illo confurret Michaël princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui. Et veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse ceperunt, usque ad té- pus illud. Et in tempore illo saluabitur populus, qui inuentus fuerit scriptus in li- bro. Et multi de his, qui dormiunt in terra puluere, euigilabunt, alij in vitam æ- ternam, alij in opprobrium sempiternum. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

Dico vobis, quia de omni verbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddet rationem in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis con- demnaberis.

Et accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Edissere nobis parabolam ziza- niorum agri. Ipse autem respondens, dixit eis: Qui seminat bonum semen, est fi- lius hominis. Ager autem est mundus. Bonum vero semen, hi sunt filii regni. Zi- zania filii sunt nequam. Inimicus autem qui seminavit ea, est diabolus. Messis, con-

3.

soph. 1.

Mal. 3.

66.

34.

62.

66.

Eze. 37.

12.

13.

D. IOANN. V DAMASCENI

summatio seculi est. Messores sunt angeli. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni summo F comburuntur: sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatē: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in gloria patris sui cum angelis suis. Et tunc reddet vnicuique secundum opus suum.

24. Statim post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit fulgorem suum, & stellæ cadent de celo, & virtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc apparebit signum filij hominis in celo. Et tunc plangent omnes tribus terræ. Et videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate & gloria magna, & mittet angelos suos cum tuba & voce magna: & colliget electos ipsius G à quatuor vétis, à summis cœlorum usque ad terminos eorum. De die autem illa & hora, nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi Pater solus.

*Mar.13.* Vigilate, quia nescitis diem neque horam.  
*Io.5.* Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei. Et ibunt qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

*Luc.17* Sicut factum est in diebus Noë, sic erit in diebus filij hominis. Edebant, bibebant, vxores ducebant, & dabatur ad nuptias, usque in diem qua intravit Noë in arcum, & venit diluvium, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Loth: Edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & edificabant. Qua die autem exiit Loth à Sodomis, pluit ignem & sulphur de celo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur.

21. Tunc erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur: & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.

*Ibid.* Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ: & repente in vos superueniat dies illa. Sicut enim laqueus superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.

20. Cùm à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nuptui tradentur: sed erunt sicut angeli in celo.

*Rom.8.* Existimo quod nō sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Expectatio enim creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.

*1.Cor.3.* Vniuersi usq; opus, quale erit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superadficauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

15. Factus est primus homo in anima viuentem: nouissimus homo in spiritum vivificantem. At nō primum quod spirituale. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de celo coelestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis coelestis, tales & coelestes. Et sicut portauimus imaginem terreni, portemus etiā imaginem coelestis. Hoc dico, fratres mei, quod caro & sanguis regnum Dei nō possidebunt, nec corruptio incorruptionem possidebit. Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidē resurgemus, sed non omnes immutabimur, in momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba: & mortui quidem resurgent primi: nos autē immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatē. Cūm autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatē, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, lex.

*2.Cor.5.* Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat vnuquisque prout

A prout in corpore gesit, siue bonum, siue malum.

Quæ seminauerit homo, hæc & metet.

Nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, vt noꝝ contristemini, sicut & Gal. 6. 1. Thess. 4. gentes quæ non habent spem.

De temporibus autem & momentis, fratres, nō indigetis vt scribamus vobis.

Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. Cūm enim dixerint, Pax & securitas, tūc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis: & non effugient.

Rogamus autem vos, fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & 2. Thess. 2. nostræ congregationis in ipsum, vt non citò moueaminſa vestro sensu, neque

B terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos mislam, quasi instet dies Domini. Ne quis vobis seducat vlo modo: quoniam nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit Deus. Num retinetis, quod, cūm adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc, quid detineat, scitis, vt reueletur in suo tempore (Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum, vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat) Et tunc reuelabitur ille ini-

C quis: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, in omni vir-

tute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis, iis qui

pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt salvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.

Veniet dies Domini tanquam fur in nocte: in quo cœli cum impetu transiēt, Heb. 10. 2. Pet. 3. elementa autem cum ardore soluentur: terra autem, & que in ipsa sunt opera, exurantur.

D Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, Jude. & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra eum peccatores impij.

Ne me existimes inſtar nutriciū vana terricula mēta tibi intentare; quemadmodum illæ Basil. filii facere conſuerunt, cūm immodecē plorant, ac per ſictas narrationes eorum fletum co- pescunt. Hæc enim non fabula ſunt, ſed ſermo Verus, ac multò ante predictus clamat. Ac pro certo habe, accuratum eorum, que quisque in vita geſſerit, examen fore.

E Non illuc orator eſt, non illuc verborum lenocinium, quod veritatem iudicij ex- queat. Non adulatores comitantur, non opes, non dignitatis fastus. Vacuus amicus, vacuus tremiſta- diutoribus ac patronis, & pudore ſuffiſus quisque relinquetur, moestus, tristis, ſolus, ac fitus. ducia expers. Quocunq; quifpiam oculos conuerterit, perſpicuas operum fuorum imagines cerner. Quemadmodum enim umbra corpus, ita peccata animas ſequuntur, euidentes actionem species effingentia. Ac proinde nullus illuc inficiationi locus eſt: verum impudens omne os obturatur. Res enim ipſe ſigillatim testimonium dicunt: non illæ quidem vocem emittere, verum eiusmodi apparentes, quales à nobis geſta ſunt.

Vnus quoque hic diaboli astus eſt, nimirū quod plerique homines, velut tot ac tantarum sententiarum obliti, ſupplicij finem ſibi ipſis fingant, vt hac ratione audaciis peccent. Ex Canō. Conf. Eſa. 66.

Vermis enim eorum, inquit ille, non morietur, neque ignis eorum extinguetur.

Illic condemnatur, non is duntaxat, qui ſceleris author fuit, ſed is etiam, qui malum du- tem ad peccatum ſecutus eſt.

Ait Prophetæ: Vt quid vos queritis diem Domini, & ipſe eſt tenebra, & non lux?ene. Hom. 2. in bra nimirū ijs qui tenebris digni ſunt. Nam alioqui diem illum vespera & fine carere, Hexam. nec ſuſceſſione obnoxium eſſe, Scriptura teſtatur. Quem etiam octauum Psalmiſtes appella- In inscrip- mir, quod à ſeptenario hoc tempore ſeiuclius ſit. Quare ſiue diem, ſiue aūum dixeris, eodem Psal. 6.

D

D. IOANNIS DAMASCENI

sensu utrumque dixeris. Ac proinde siue dies status ille nuncupetur, unus est, ac non multi: F  
siue cum nominetur, unicum est, non multiplex.

<sup>Nat.</sup>  
<sup>Orat.</sup> de  
<sup>seip.</sup>  
<sup>Chrysost.</sup> Praeclarum est, ut non modo sermonis & actionis, sed etiam omnis temporis, atque adeo momentanea & tenuissima partis horae rationem nobis reddendam existimemus.

Nullum prorsus bonum, quantumvis exiguum sit, illic a Iudice negligetur. Nam cum peccatorum, & sermonum, & cogitationum paenam nobis pendere necesse sit: multò sanè magis eorum, que ex virtute gesserimus, quamlibet parua sint, numerus imbibitur.

Bonarum & malarum actionum contentio illic erit. Ac siquidem illæ preponderarent, effectori suo salutem haud mediocrem afferent. Contra si malarum actionum perpetratio tantum detrimenti afferre potuerit, ut eum à prima regione detrahatur, ad gehennam ignem eum abducit: quod videlicet non tanta sit recte factorum copia, ut eum per vim sursum impellat. G

Horrendum illum, ad tremendum diem memoria tenete, in quo omnes ad Christi tribunal sistentur, ut eorum que in vita gesserint, rationes reddant. Illic enim ante omnium oculos peccata proponentur ac detegentur, atque ignorantibus ostendentur. Illic fons ignis, & perugil vermis. Illic omnia nuda & aperta. Illic cordium nostrorum libri aperietur, atque in medio, tam perspicua, quam abstrusa, tam que noctu, quam que interdiu perpetrata sunt, legentur.

Coram uno homine indecori aliquid hic agere nos pudet: illic autem coram tot myriabus quid faciemus?

Quemadmodum nos à famulis nostris, non modo exitus, sed etiam introitus rationem exposcimus, sciscitantes ex ipsis unde pecunias sumperint, & à quibus, & quo pacto, & quotnam: eodem quoque modo Deus à nobis non modo impensa, sed etiam ademptionis rationem exacturus est.

<sup>Dionys.</sup> Non hic puniri malum est: sed futuro suppicio dignum se præbere.

<sup>Prop.</sup>  
<sup>Philon.</sup> Fieri non potest, ut apud Deum vel improbus quisquam unius boni, quod inter plura mala fecerit, mercedem amittat, vel rursum probus supplicij expers maneat, si inter plurima bona criminis aliquo se seculxerit. Etenim necesse est Deum omnia in libra & mensura reddere.

Mens unicuique testis eorum est, que clam cogitarat: atque conscientia incorruptus index est, omniumque certissimus.

DE IMPRECATIONIBVS A DOMINO I

& Prophetis & Apostolis quandoque factis.

CAP. XVI.

Gen. 3:

**D**Ixit Dominus serpenti: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia terræ. Super pectus tuum gradieris, & comedes terram omnibus diebus vita tua. Et mulieri dixit: Multiplicabo erumpnas tuas, & dolores tuos. In doloribus paries, & ad virum erit conuersio tua: & ipse dominabitur tui. Adeo vero dixit: Quia audisti vocem vxoris tuae, & comedisti de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, maledicta erit terra in operibus tuis. In labore K ribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia terra es, & in terram reuenteris.

4. Dixit Dominus ad Cain, Vbi est Abel frater tuus? Dixit autem ille, Nescio. Nunquid custos sum fratis mei? Et dixit Deus: Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit fructus suos. Gemens & tremens eris super terram.

9. Euigilans autem Noë à vino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, ait: Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.

Dixit